



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Venerabili Domino Merito Amantissimo Patri Matthæo. Ambrosius humilis
monachus Salutem.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

VENERABILI
DOMINO MERITO A-
MANTISSIMO PATRI MAT-
thæo. Ambrosius humilis mona-
chus Salutem.



HORTATVS es domine aman-
tissime, & merito venerabilis pa-
ter, vt fratrum nostrorum com-
modis consulens, beatissimi viri
Iohannis (cui ob insignem puto e-
ruditionem Climaci cognomen
fuit) opus illud egregium, in quo totius Monastica
perfectiōnis norma rectissime traditur, meo labore
& studio in Latinum noua trāductione conuertere.
Aebas enim priorem illam interpretationem tibi
parum satisfacere, videriq; ad intelligendum diffi-
cillimam. Difficultatis ipsius causam prudentissime
conyiciens, quod is, scilicet qui prior transtulit, qui-
tunc tandem ille fuerit (nam temere id definire nō
audeo) nimium inhaesisset litera. atq; contra vete-
rem eruditorū precepta, de verbo ad verbum tran-
stulisset. Expectabasq; à me, vt sensum illius viri
apertius atq; lucidius promerem, id ego negocium,
& si praterquam erat laboriosum, plurimorum et-
iam patere morsibus non ignorabam, (Neq; enim
deerunt, qui me superfluum quendam, & quod gra-
uius sonat, arrogantem & temerarium insimulent)

qui post priorē illum interpretem, quem afflatū spi-
 ritu sancto id opus transtulisse, pertinacius fortasse
 quā consideratius, asseuerabant, denuo transferre
 ausus sum. Ne iam en reluctādo diu criminis in te siā
 reus, ne ue fratrum nostrorum, qui id tecum acidi-
 simē expectant, quīq; mihi vita mea chariores sunt,
 votis deessem, fretus orationib; atq; auctoritate tua,
 me totum ad obtemperandum contuli, ipsumq; opus
 ex integro conuertī, prioris illius interpretis vestigia
 omnino deserens, sensum eius lucide, quantū pro in-
 genij tenuitate licuit, exprimere conatus. Sane isti-
 usmodi hominibus qui labore hunc nostrum, siue cha-
 ritatis instinctu mihi à vanitate metuentes, siue stoma-
 cho suo seruientes, inutilem & minimē necessarium
 dicturi sunt, pro me ipso respondebis. Aequissimum e-
 nim meo quidem iudicio videtur, ut tibi curam hanc
 totā respiciendi permittam, qui me ad id opus vel in-
 betus imperio, vel affectu blanditus hortatus es, ut sce-
 lus maxime eximare votis tuis diutius reluctari.
 Sciāt tamen qui erut ad vituperandū promiores, ne
 no sine ratione hoc fecisse. Cum enim sum (q; ingenue
 ac libenter confitebor) iuris tui, quid mihi minus in-
 tegrum esse potuit, quā non dica iussioni, sed vel vo-
 luntati tuae contradicere? Aut igitur isti, quid sit vir-
 tus obdientiae ignorant, aut calumniari irrationabi-
 liter videntur. ratere a traductionem illam esse ob-
 scurissimam, ne ipsi quidem negabunt. Quod ergo cri-
 men meum est, si quod ille obscurius transtulit, aper-
 tius ipse & aliquanto etiā latinius conuertere cona-
 tus sum

tus sum? Porro quae fuerit ille interpretis eruditus, quid
attinet dicere? Contendant isti peritissimum in utraque
lingua extitisse. Ego ab illis longe dissentiens, in reu-
tra satis peritum fuisse veraciter asseuerabo. Nam grae-
ca plerumque non recte intellexisse, cui libet eius lingua
vel mediocriter peritofacile constabit: & latina po-
fuisse qui affirmat, sese imperitissimum esse haud ob-
scure significat. Sanctissimum virum illum fuisse hi as-
ferant, facile ac perlibenter consentiam. Non tamen
quia sanctus fuerit, eruditum etiam fuisse sequitur, atque
idoneum ad transferendum. Aliud enim sanctitas est,
atque aliud eruditio. Imo verum si sanctus fuit, ne id qui
de tentare debuit, quae commode implere non posset, neque
id onus subire, quod virium suarum excederet modum.
Facit enim iniuriam doctissimo viro, qui illum imperitum
ac rusticum loquentem reddit. Sed haec fortasse liberius
quam verecundia mea conueniebat. Necessario tamen ut
reor a me dicta sunt, ne sine causa me transiisse ho-
mines existiment. Habes Pater optime quid huius-
modi hominibus (quantum ego arborum recte respo-
dere possis. Tibi enim (ut dixi) curam istam delegavi.
Reliquum est ut nos sicut verbis instruis, ita oratio-
nibus iuues, quo pelagus istius saeculi undosum, ac pro-
cellis sauientibus inuicuum, precum tuarum remigio
tuto transire possimus. Sanctam venerandamque ca-
miciem tuam Christus Dominus noster auro longiore
tranquillam tueatur. Domine venerabilis ac n. erite
desiderabilis.